Ac ig dyabi. q̄ cibū venēsū tphē corrupcōis introduxit. nec
sūt ad integrā sanctōis. ut medici z saluator. nr cibū medi
cinalē qui q̄ta dat. z hoc ē corpus suū. q̄ pie recipiēci. igno
cie tenebras illuīat. et morbū ꝑne cupiscēcie sanat. et
morte deturpēdo cūphat. ¶ de p̄. pe. ¶ Sōnis illuīatō mē. z sal
nea. z item. Accedite ad eū z illuīamini. Corpus nr. q̄ ē vbū
dñi. i. vera lux i cuius hūana. qui i luce. q̄ illuīat fideles aīa.
¶ de sdō. pe. ꝓbrit ill mūna ad māducād. Exodi 16. Manne
vos ignarit i solitudine ꝑne fruī. Panis q̄ celestis in
solitudine primūe. i. oris z plurie appetebat. q̄ corpus
dñi. a fidelibus cupiscēcie ꝑne. refugerat. ¶ de tcio. Jo. 6.

ꝓ̄es īn̄ mālacrauerīt mām̄ īdelto. z mortuꝰ fuit. Hic est
ꝑnis de celo descēdēs. ut fuis exꝑo mādiccauāt. n̄ moriat².
Et sic alꝫ ilbe mortē etnā delinquat. De hijs tbꝫ scip̄t ꝑ simōe
costinē. Sed dio hijme nē corrupō. exigebit cus dn̄s i abu. q̄
ad furnū cōtatis glificacōez. Sida. n. ad tres de pcis cōpti
gut². z sdām cin-at². Ex tre tēptacōis. ꝓ recidiuū itm corrup
pūt². ꝑs. pmarcī. z corrupte sē ejectees m. a. fl. Hupie m.
Adglificacōez a cōtatis etē. z ad ī corrupōez bone vite. valet
alꝫ ilbe. Critiaz. 1. Falacul mirre. dilcs mis n. it vbea nī.
cōmoibiē. Sic. n. myrra ī corrupt suat corpa. sic cus dn̄s
pie scīptū cor da. Ambst. Consideā utr̄ ī pfcion sit pcās agl
oz. i. mām̄a nideaz etn cus ꝙ. Alꝫ corrupcōi obnoxiū. hō ab
oī corrupōe. alieniū. Et dcūq; i-eligiose gustenit. corrupōez
setn-e n̄ potit. Dcea i-o scīptie di. q̄ dns dat hōi cus su
ū ī alnū. E hijme nē odico q̄ i-onal' cata ē. z corpi gnūcta
Aonal' a cata. ꝑt tbꝫ modis glidet². z sdm hō idigz alo
tplici. ꝑs. cōsidet² i-onal' cata. sdm q̄ ē corpea z pnē.
spūal' ut nā aglica. Sedo nō sit ē cōi- gnūcta sic dr
sil' dissimili spe cetni. Dcio n; sdm q̄ ille dne nē. s. cus
z aīa ī sīgulis ꝓnis hom̄. sīt scīlicet locate. z unio nō
re gnūcte. Et tn dcūq; nā illoz tū glidet² i-onal' cata sdm
cōdicōez sue cōuenīeta idigz alimōi. Phao. n. nī glidata.
sdm q̄ ē ī corpea z pne spūal' z nā aglica. sdm cō
dicōez sue exigit ꝙ q̄ nīuat. z ꝓsistat alimētū. s. vbū
di etnū sdm se ī corpeū. q̄ ē etna di scīptia. Ephe. 12. Ego
cibo ī vilibꝰ. z potu. q̄ ab hōib; videt nō ꝑt vtor. Dubr. n;
signū vite ē z ē. Ecc. 1. Fons scīptie vbū di ī excellis. reli
s. aglos ī cel' Sedo nī glidata i-onal' cata. ut ē corpi gnūc
ta sic dissimil' dissili spe cetnī. ꝓcolū vili. sdm cōdicōez ue
usꝫ nē. idigz vtr-usꝫ cibo sibi cōuenīeta. s. dissimili. qm̄a
spe spūali ad modū aglī. cus corpoīli. ad modū brutī.

¶ de p̄. pb̄. Pene ag̃lor̃ mādicau lr̄o. 1a Corith. 10. Pr̄es nr̄i. oēs eade
escā spūalē mādicauer̄t. Sequē. q. Si quis dr̄ christianꝰ ir̄ gl;
hom̄. si ab illo effugit sp̄ia tua. i michilū cpuitabit. Ar̄i dr̄
qui spūli cibo. q̄ ē dr̄ sapia carnē. A vita spūali debuer.
Ecc. 14. Cibabit illū pane vite z ītellēc. z aq̄ sap̄ie 15. potū ei.
¶ de sco. 2. Reg. 12. Paup q̄dā hēbat ouicl̄am. de pane illi⁹
comedēs. z ē. Ecc. 39. Principiū necē vi ꝫ vite hom̄. lac. z
pane. mel z oues. z oleū. lr̄ oī scr̄ī ī bona. z spūs ī mla
q̄uēt. ¶ de ucp. deut. 8. q. ē. Nō ī solo pane viuit hō.
lr̄ ī oī vbo q̄ procedit de oe dr̄. Aug. Sic nr̄a vita ē corp⁹
lr̄ n vniebāt illā. sn̄ cibo spūli. i. sn̄ vbo dr̄. Et sic lr̄ z illa
nā lr̄is. ut ē dissimiles dissiles cibū habuer̄t. z alterno
tp̄e. z loge aduice comederūt. n̄ cib⁹ qui ꝑgraebat cor.
n̄ cib⁹ corp⁹ spūi. ¶ Deus nō mo. glidata vōnal' ētiā
l. sedm q̄ ille due nē. i. cor̄ z aīa sūt ī sigilis ꝓpr̄is hom̄
familiar. locat̄. z mro atmode ymicte. tūc exigit ad or
nā situacōē. nēlp vn̄ cib⁹ tori hoī. i. vtiq; nē q̄rēs spi
tūlis sil' z corpal'. l. vbū caro fm̄. q̄ sil' sociali. sib ꝺ̄
sacm̄eto cōdēt. cui vtute aīa de p̄ti milia ad initam
bitudīs et ne q̄rēt. z cor̄ ad modicū tp̄s sūcc ī ti. a
tādē gliole relinq̄at. ¶ de lr̄ cibo. Jo. vi. Caro mea vc
ē cib⁹. Caro mea. i. cās dr̄. Caro lr̄ima vnita dr̄ vbo. vere
ē cib⁹. l. tocā hoīs. valēs aīe z corp̄i. Ecc. 1. Vn̄ ē altis
sim⁹ creator. omn̄. ipe creauit sapiaz spūs scō. z sedm datū
sibi. p̄bz illā diligētib⁹ se. Creauit sapiaz spūs scō. id ē
vtute spūs sci. carnā carnis de virgie sumpsit. z sapie sue
vnīuit. z sedm datū sibi. i. liberalit. p̄bz illā. l. ī cibū
diligētib⁹ se. l. fidelib⁹. ut ꝓfic sue doctr̄e. cor̄. z etiā me
¶ de lr̄ ymmo. corp⁹ z spūs. ysa. xi. Spiritus z virtus pat=

cēt cū ¶ vitul⁹ ligāt corp⁹. p īlactiō. dño ē mactādū ¶ vi-tus
spūs. q cū m⁹ bestijs. sic timibil ēē debz. bestialib⁹ motib⁹ z
moib⁹. hij pascēt² cū. ¶ vō cibo. i. carnē xpi. ut pūt aīe z cor¹.
¶ de p⁹. Jo. 6. Q¹ mānducat cārnē meā. z bi. m. cū. hīt vitā etnā.
¶ q ad aīaz. q p⁹ hēt milīā. vtute hui⁹ sacrīmēti. pducēt ad vi-
tā etnā ¶ de scdo. sēn. Et ego rēsuscitabo eū ī no. d. q. dns
erbem sacrīmēti vtute rēfoi-b⁹ corp⁹ de pūie. q̄ signatū cor-
dialitatis sue. ¶ Ame ¶ de foi⁹ dōcris q̄ cor⁹ dat velatū
z hī. ¶. rōib⁹. z p⁹. de ab⁹ q cū dignitas pīor. z fides bor
¶ Comite comedite pstaē ut spūa. ¶ mo septimo.

Mag. ¶ Dñs pt nob dare carnē suā ad mānducādū. Jo. vj. Triplex
sacrīmētū rēgis ablōde bon ē. ¶ Scdm principalē cōa sacrīmētum
dñici cor⁹. nōdū ē forma donationis. z cōa hoc. ta cū gladiū
da. ¶ Scdm ē. q dns dat corp⁹ suū velatū. ¶ Scdm. q dat velat⁹
sub spē panis. ¶ Tcīū. q dat sb spē panis tūcti. ¶ Qrtm cōa
formā donationis dñici corpis cōsiderādū ē. q dat velatū.
nō nudū. Scdm illd. Apoc. 2. Dabo mānna absconditū. q. cibū
celestē velatū. ¶ q. q. ex hoc ipsum sēlius mīret. cū aliud vi-
det² z aliud ēdi iubet². Quia velamīa dīmqt rō spūe dī
pt allegōri. ¶ p⁹. rō ē ī dignitas maior. ¶ Scdā fides bonor.
¶ Tcia īstructio mor. ¶ Qrta ībecillitas ōīm. ¶ De pmis duob⁹ pt
hī dici. z de alijs ī sequēti. ¶ p⁹. rō q dns cor⁹ suū dat velatū.
ē ī dignitas pīor. q exigit vt velet². sic ecc⁹ actus ut ē
sol. z ¶ Tcīa humāe redēptiōis. Et ī hoc gēnigillie agit cū eis mia
saluatōis. Si cū pīm midū cor⁹ aspicerēt. z hoc a fidelib⁹
mānducū. ex ipso aspectu scandalizarēt². z explicit male pe
rir. ¶ Quīn cor de z carnor. ¶ Quīn līgua z dentes. ¶ Quīn aīa z
spūalē mortē. ¶ De p⁹. Jo. 6. vbi dns di. Caro mea vē est
cib⁹ z c. Et hoc multi discipuloz ei⁹ audierūt rēt. q. ab hoc rētes
vba. de hac carne comedēda. Amb. Forte dices hūana

nō

est ab. qñ ver⁹ lāgnās. quia lilitudiēz ñ vides cīnīs. Ait
de vb discipli ꝙ audiētes. q cīnē suā dare manducāe rece
debēt. Sol⁹ petr⁹ dr̄. Verba vite etne habes. ad quē ibim⁹?
Ne q̄ phīses scandalizent. z ne q̄dā eēt horror hominē
cīnis. sz manez gla redēptois. ꝺo ī lilitudiēz accipis
sacmēti. sz ve nē glet. vtutēz colequis ꝺe solo ī eodē.
vbi dns dixit. Panis q̄ ego dabo caro mea ē pro mūdi vita
litigabāt iudei ad īuicē dntes. Qm̄o pt̄ hic nob dare ad manducād
carnē suā. Intigatio hui⁹ nīi. z detractio ē. de mda manducāe
corpis x̄i. Et ideo debuit velari. pō. Si ie q̄ oderat me super
me nīgna locut⁹ fu. Abeō. in tor. ab eo ꝺe tuo. nīi. q̄.
Deus ē filij ei⁹ qui ītbat. q̄ disponēt opa. z opiet sacmta.
Filij nīa anolutate videat. q fuit ī stuctio. pp̄ī īuoluat alī
opīn mouat. j. Reg. 6. Paullit dns nīos. eo q̄ vidisset ar-
cham dni. q. l. ñ licebat eos vide detectā. Archa sigt corp⁹
dni. p̄ malignis ē velādū. ne spīritualī mouāt. sō vide
aut mudū. q̄ ca sue ccatis. pritat. ee tāmlacū. Ecc.
3. In plib⁹ opib⁹ di. ne tuis anol⁹. nō ē ei t̄ nectm ea q̄
abscondita sūt. oculis tuis vide. Sed ideo q̄ dns cor⁹ suū
dat nelatū. ē fides bonoz. z hic ideo pt̄ ī ea dilig⁹. q̄ exigit hic
nelatū. sc̄ Fidei ee vem ꝟ infidelitatis pmet remediū. Et fidei me
ritū. Ꝟ. fidei ee mea exigit. ut corp⁹ x̄i velet. Ne. xp̄. fides ē rez
nō apparētiū. vt. n. d. Aug⁹. fides ē ea rede. q̄ nō vides. v. dere
vbis di. de re ecta. que vere est. z tu ea oculis ñ vides. Ea
de re q̄ videm⁹. sc̄ea. poc⁹ q̄ fide hem⁹. ꝟ. pet. j. Xpc ē i q̄ nūc
nō videtes. dnīs Sed īfideli. pme remediū exigit. ut corpus
xp̄i velet. q̄tūl dpe īfidelitatis rūdest mod⁹ exigū sacrificiis vñ
sic pōz pritū īcdulitas īcepit ex auditu vbi dyboli suadētis. et
hū hīte q̄dam mortē velatā. z i eo sūt sēlus eoz mane delet
tāt. exigit ut fides saluādoz īcipiat ex auditu vbi salustoris

luadētis cibū hūtē verā nitā absconditā. z īq̄ nr̄i ḡelius lit̄ pie de
cepta. p̄t̄ auditū. ut. l. fides sit ex auditu trū. z n̄ ex visu. ul' ex al'is
sensib'. Audit' a' p̄ vbū ꝝ. hī plch̄e figurat̄ ē. Gen. 26. Jn bū
dōe Jacob. ubi sēl' ysaac decepti sūt. putātes sētire esaū dū
sensit hilitudīē ei' q̄ velat' erat Jacob. Vñ sequit̄. q ī illa figā
dīna cor'. q̄uor erāt ploē. l. ysaac. z Rebecca. q. malch' z sēina.
signāt duas nās. ī nob. i. cor'p' z aīaz. Malchus q magis solz esse
mūtabil'. z exteriorib' pl' īteūt. signāt exteriorē hoīez. i. cor'
nr̄m cū
sēsib' suis. Sēina q domū i. ecclīdēs signāt. i. egit. signāt īteriorē hō
minē. i. fidelē aīaz. q̄ ive salutī. z aliaz cura gerit. Jacob bon
z for-mos' hūtās i tabnaculis. q̄ dilect' Rebecca. i. fidel' aīa. signāt vox
cor'd ꝝ. esaū q̄ amat ysaac. i. cor'p'. eo q de cibis ei' nequa-
signāt subtātiā patīs cū accēt'ib' suis. i. colore sapore z odore. Dū
itaq̄ ysaac. q̄ hō exterior. i. sacdos būdice debz esaū. i. panē. esau
i. ecedit. i. alia panis. Sz hilitudo esaū. l. vestes cū odore. pelles
pilose. alb' cū sapore. i. accidēcia patīs. sine hilitudo. l. colo-. sapo-.
odo-. dicies. manēt ēa iacob. i. ēa cor'd xp̄i. Vñ i hymne ōibus
sēl' ysaac. i. cor'p' nr̄i fallūt. Ubi fallit' vel' ysaac. caligino' z
i. debilis cor'. nr̄u q̄. putat p̄ cibis hūe. esaū. i. panē. z hīt tūn
vestes. i. spēm patīs. z sb illa latz iacob velat'. i. cor'd ꝝ. Ubi fal
lit' gust' ysaac. i. cor's nr̄i. q̄. putat gustare z comede cibū esaū
. i. panē. z gustat tūn hilitudīē ei'. Ubi fallit' olfact' ysaac. i. cor'.
nr̄i. q̄. putat sētire esaū. i. patīs odore. q̄ vē nō ē ibi. z sētit
odore vestimētoz ei'. i. soīz patīs. q̄' velut' ē iacob. i. velatū
cor'd ꝝ. Ubi fallit' tactu ysaac. i. cor'p's nr̄i. q̄. putat tāgere esaū
. i. panē. z tāgit pelliciās hilēs esaū. i. hilitudīē hūe hoīez patīs.
q̄' velat' ē iacob. i. cor'd ꝝ. Sapiēs erat ysaac. z ī iudicio cō
gnoscēdi esaū. fallebat'. sic hō nr̄. exteri-. ī iudicio patīs alia
ri-. sensib' fallit'. pret̄ q̄ auditu. dix̄it. ysaac. Vox q̄dē
vox iacob ē. z manꝰ sūt esaū. manꝰ q̄dē tāgo sūt esaū nichil

fallíus vox q̄ audió. dicēte. ego sū vox iacob ē. nichil vēnis.
Silū sacīmēta q̄ tāgo ista pānis ē. n. fallū. vox xp̄i dicētis.
hoc ē corp̄ meū. nichil vēnus. p̄. ig̃ īfideli. remediū exi-
gít. q̄ cor̄ x̄ det velatū. ut q̄ sēl̄ p̄mi pntis. i abo p̄di
cōis. vane delectabāt. sencl̄ nri cor̄. i abo būdcōis ad ītra-
ysaac decipiat. ita tū. q̄ rebecca. i. fidel' aīa ī fide sua nō
fallat. Credit. ra. vē ī būdcōe sac̄. ēe iacob. i. corp̄ x̄. velet
alienigē esau. i. abāz pānis. q̄ dīno. ibi nō ēe esau. i. abāz pānis.
Deo fidei meritū exigit. ut cor̄ x̄ velet. q̄ ut di. ggr̄. fides
nō hz meritū cui hīma ro. phz experimētū. supple sufficiens.
velatū g̃ voluit dñs dare cor̄ suū. q̄ ī hac ēte vbis suis pl' q̄m
sensibl'. magis hz meritū. Jo. vlt. Beati q̄ nō viderūt. z crediderūt.
Pius meritū fidei. tūc habuerūt meritū. tpl' ē. Spūalium bonoz
plena copia. tēporaliū sufficiēcia. etnaliū sū effluēcia. Sic
ergo abel. rebecca. i. fidel' aīa. In me sit ista maledcō fili mi. i.
hec triplex būdcō. det t̄ dō de ro. e celi. q̄ntū ad p̄mā. Et de pīg
uedie ter. q̄ntū ad 2am. Habūdācia vini z olei q̄ ad tertiam.
De p̄ma Jo. x. Ol' egit ī me fluuia de uētre ei' fluēt. aque
viue. hec a' dix̄ de spū. q̄ accepti erāt are. ī eū. Glee. 19. Ero
q̄si ros. z sicut germinabit q̄si lilium. De 2da hēb. xi. Sine p fidē
adepti sūt regnū. operati sūt tēpaliū. Ysai. j. Si volueritis z
audieritis me bō terre comedetis. De. vj. p̄mi q̄rite regnū
dei z hec ēcēdo. z multiplicabit ei' multe mercēdo. z hec oīa adicient vob.
De tra. j. pet. p̄mo. Credētes ī x̄. q̄ nō videtis. exultabitis
letitia ineffabili z glificate. reportātes fine fidei vestre
salutē aīaz. Pri. j. Qui audiebat me. absq; terre refelq; z hec
būdācia p̄fruet terre malaz sublato. Amen.

vertite

De dual' alijs rōib' q̄b dat' cor'p' x̄ ī cābū. g̃ sūt hijus
uate corrupcō z eisdē gdrag. 6mo. 8°.

Unite comedite. z c̄. Q̄m pt̄. z c̄.
Sacīmētū regis absōde. ut "sup" ia. ¶ Vera rō q̄ dns
corp' suū dat nelatū. ē structio mor. Job. 28. Tri-a
hic sapīa de celis. Tria vō ī hoc sacīmēto occult'
ī q̄b mores īstruūt. s. ¶ Plona sal-uatoris. ¶ Q̄d
magē delectatis. ¶ Et mirū op' ōipotētis. ¶ De p'mo.
Plene. q. Vere tu es dē absc̄ōditus. dē isr' saluator.
De sdō. ysa. xlv°. Expositio dūm. q̄ absc̄ōdit tūcē sustin.
¶ De tuo. Scī. q̄. Ostēta absc̄ōdis' suū. mādōa apta ei. In
hijs dicūt q̄ntū tā virtuose absc̄ōdi posse ī nob. s. ¶ Pri-a
plonā ¶ Q̄d studiez corpale. ¶ Bona apta ītēcionē ¶ Pmo
dicit ī q̄ sacīmēto mult'. plonā suā absc̄ōdē ppt' tria. s. ¶ Pmū.
A plecutor' sui. de ¶ Secūdū. a stultor' īsp̄cōe ¶ Tertiū. ab hūano
fauore. ¶ Ad pmū. Ut plecutoris ir-a q̄escat ¶ Ad 2m. ut p̄ceptū op' a dño ꝑfici
at ¶ Ad 3m. ut gloriosiorē coronā accip-iat ¶ De p'. ysa. 26. Vade
ple me' absc̄ōde modicū. dōn ptrāseat ī dieb' mea. sc̄z
ī plecutōe. q̄ valde bona legit' secūde ¶ De s'. ij. cor. xi.
Damasci ꝑpos' custodiuit ciuit' ut me apphēdet. z ꝑ fenes
tra ī sporta demiss' sū ꝑ murū. z sic effugi manus
ei. Sic dic' cū iubez eū ir-ex occidi. fugiēs mid' la
trit. ut l. opa mne. q̄ cepit Ad iplez. ¶ De tuo. p'. Reg'
26. Cū fugez dauid a facie saul. Absc̄ōdit' ē. ī colle
Achille ir-ī dño. Achilla ei īcipiat calcaneū ei. Vñ
dño sustep me. Absc̄ōdit' a' ē ī dño. ut p̄ dicta opa. Glo
riosa. ei bi relinq̄t. z regi cor oiū. Jo. 8°. Iudei tule-
ūt lapides ut iacer. ēt ī ihm. ihs a' absc̄ōdit se. et ex-

nit de tēplo. Sabo dicit nullꝰ pl'icudiē corpliē. Abs
cōdē ab hoīe i spāle. p exterior pl'elstudo. z ornatꝰ nul⁹
fuit occasio calꝰ. Decor igit corpl' ablādi debz tbꝰ mod.
p hitꝰ vilitate p ieiuniorꝝ multeitate p bōi opis assidu
itate. De primo Iob. 26. Spūm qui fecit me. z
Brā. 2 p. Pelea tēpto. Isaac. tollens pallīū opuit
se. 1ē. 1ō. 2ō. Aliqa debz velam hīe e si alꝰ sim.
ut' āgelos. i. ecīa ut' bōes hoēs. De 2. Salich. 6. Qui
mūdꝰ ecclie ē. z ego mūdo. qī di. Vl' ē in mūdus pter
pena sue sollicitudis. z ego nil' mūdabis. ut' macerabē
mea corpe. Aug. Car mē vīcq. domate tuno. z Abstinēcia
elee z pot. spūm valitudo pficit. De trio. ps. Tabefacta fecisti
sic aranea aiaq. Sic aranea. ex suis viscerib⁹ texes opa. nē.
tabescat exide. Sic istius hi. eqītas opa laboiosa. ex vera cāi
tate macerade. z pallescat i corpe Ecci. 33. Jugū z lora cu
r. ēt collū diru. z sūi idūnēt opacoēs assidue. Cāt. 1mo
Adite me glidera. e q fusca sim. p decolorati me sol. Sol
effēs ardoris. i. q amoris. Xps formā sui accep. i q dā. mg
lucep. Vñ ysa. 53. Nō ē spēies ei ng decor. z qī ablādi
tus vlt ei z delpt. Sdoo dicit nullꝰ i hac lacīmeto vtutuꝝ z
bōꝝ opm itēcionē ablcōde. Ab hūano testimōio. ega. vg. Sic ē
regni celoꝝ. i. gloiacō iustoꝝ. d. glō. Thesaurꝰ ablcōdit⁹ in
agro cor dis. Ergoꝰ. Sic sit q i pblico. spūs itēcio mālē
at i occlto. ut z de bono ope pximis pleam⁹ ex. Et tu per
itēcionē q dō soli place spūm. semp optem⁹ secretū sp⁹ i
plex vo bō. pcipue debem⁹ ablcōde a fumoe hōm. Cleōsina.
Oronē. Jeiunii. De 3 opa. 4ō. Cū facis eleōsinā. noli tuba
ante te. Tuba tumoris. z iactacie. z appa-ecie. sic ypo

z opus carnē meā

cte tacuit · ut hō videāt ab hoīb⁹. Amē dico vob⁹ receperūt mercedē
suā. Tu aūt faciēte eleēmosynā · nesciat sinistra tua · q̄ dextera tua ·
q̄ sit eleēmosyna tua · & pr̄r tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi.
Et cū oraueris · ēt cū · sicut hypocrite · q̄ amāt in synagogis · & in
angulis platearū stantes orare · ut videant ab hoīb⁹. Amē dico vob⁹
receperūt mercedē suā. Tu aūt cū oraueris · intra in cubiculū tuū ·
& clauso ostio tuo · ora patrē tuū in abscōdito · & pr̄r tuus q̄ videt
in abscōdito reddet tibi. Et cū orātis · nolite multum loqui sicut
ethnici. Putant enim q̄ in multiloquio suo exaudiāt⁹. Nolite ergo
assimilari eis · scit enim pr̄r vr̄ quid opus sit vob⁹ · antequā petatis
eū. Sic ergo orabitis · Pr̄r noster q̄ es in celis · sanctificetur nomen
tuum · adueniat regnum tuum · fiat voluntas tua · sicut in celo
& in terra · panem nr̄m cotidianum da nobis hodie · & dimitte nobis
debita nr̄a · sicut & nos dimittimus debitoribus nr̄is · & ne nos
inducas in temptationem · sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis
hoīb⁹ peccata eorum · dimittet & vobis pr̄r vr̄ celestis delicta vr̄a.
Si aūt non dimiseritis hoīb⁹ peccata eorum · nec pr̄r vr̄ dimittet
peccata vr̄a. Cum autem ieiunatis · nolite fieri sicut hypocrite
tristes. Exterminant enim facies suas · ut appareant hoīb⁹ ieiunantes.
Amē dico vob⁹ · receperūt mercedē suā. Tu aūt cū ieiunas · unge
caput tuum · & faciem tuam lava · ne videaris hoīb⁹ ieiunans ·
sed pr̄ri tuo qui est in abscōdito · & pr̄r tuus q̄ videt in abscōdito
reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra · ubi erugo
& tinea demolitur · & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate
aūt vobis thesauros in celo · ubi neq; erugo neq; tinea demolitur ·
& ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus ·
ibi & cor tuum erit. Lucerna corporis tui est oculus. Si ergo oculus
tuus fuerit simplex · totum corpus tuum lucidum erit. Si aūt oculus
tuus nequam fuerit · totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen
quod in te est tenebre sunt · ipse tenebre quante erunt. Nemo potest
duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet & alterum diliget ·
aut unum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis deo seruire
& mamone. Ideo dico vob⁹ · ne solliciti sitis aīe vr̄e quid manducetis
neq; corpori vr̄o quid induamini. Nonne aīa plus est quam esca ·
& corpus plus quam vestimentum. Respicite volatilia celi · quoniam
non seminant neq; metunt neq; congregant in horrea · & pr̄r vr̄ celestis
pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis. Quis autem vr̄m
cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de
vestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt.
non laborant neq; nent. Dico aūt vob⁹ · quoniam nec Salomon in
omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si aūt fenum agri
hodie est & cras in clibanum mittitur · deus sic vestit · quanto magis
vos modicę fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes · quid manducabimus
aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt.
Scit enim pr̄r vr̄ quia horum omnium indigetis. Quęrite aūt primum
regnum dei & iustitiam eius · & hec omnia adicientur vobis. Nolite
ergo esse solliciti in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit
sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. Et factum est cum consummasset
ihesus sermones hos · motę sunt turbe super doctrina eius. Erat enim
docens eos sicut potestatem habens · & non sicut scribe & pharisei.
Et ecce leprosus cum venisset adorabat eum dicens · Domine si vis
potes me mundare. Et extendens manum ihesus tetigit eum dicens ·
Volo · mundare. Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus ·
Vide nemini dixeris · sed vade · ostende te sacerdoti · & offer munus
quod precepit moyses · in testimonium illis. Cum autem introisset
capharnaum · accessit ad eum centurio rogans eum & dicens · Domine
puer meus iacet in domo paralyticus · & male torquetur. Et ait illi
ihesus · Ego veniam & curabo eum. Et respondens centurio ait illi ·
Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum · sed tantum dic
verbo · & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate
constitutus · habens sub me milites · & dico huic · vade · & vadit ·
& alii · ueni · & venit · & seruo meo · fac hoc · & facit. Audiens
aūt ihesus mirabatur · & sequentibus se dixit · Amē dico vob⁹ ·
apud nullum tantam fidem in israhel inueni. Dico aūt vob⁹ · quod
multi ab oriente & occidente venient · & recumbent cum abraham
& isaac & iacob in regno celorum · filii aūt regni eicientur in tenebras
exteriores · ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit centurioni ihesus ·
Vade · sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in hora illa.
Et cum venisset ihesus in domum petri · vidit socrum eius iacentem
& febricitantem · & tetigit manum eius · & dimisit eam febris · &
surrexit & ministrabat illi. Vespere aūt facto · obtulerunt ei multos
demonium habentes · & eiciebat spūs verbo · & omnes male habentes
curauit · ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam
dicentem · Ipse infirmitates nostras accepit · & languores portauit.
Videns aūt ihesus turbas multas circa se · iussit ire trans fretum.
Et accessit unus scriba · & ait illi · Magister sequar te quocumque
ieris. Et ait illi ihesus · Vulpes foueas habent · & volucres celi
tabernacula habitationis habent · filius aūt hominis non habet ubi
caput suum reclinet. Alius aūt de discipulis eius ait illi · Domine
permitte me primum abire & sepelire patrem meum. Ihesus aūt ait illi ·
Sequere me · & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente
eo in nauiculam · secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus
magnus factus est in mari · ita ut nauicula operiretur fluctibus ipse
aūt dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius · & suscitauerunt
eum dicentes · Domine saluos nos fac · perimus. Et dicit eis ihesus ·
Quid timidi estis modicę fidei. Tunc surgens imperauit ventis & mari ·
& facta est tranquillitas magna. Homines aūt mirati sunt dicentes ·
Qualis est hic quia & venti & mare obtemperant ei. Et cum venisset
trans fretum in regionem gerasenorum · occurrerunt ei duo habentes
demonia · de monumentis exeuntes · sęuissimi · ita ut nemo posset
transire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes · Quid nobis
& tibi ihesu fili dei. Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat
aūt procul ab eis grex porcorum multorum pascens. Demonia aūt
rogabant eum dicentes · Si eicis nos hinc · mitte nos in gregem porcorum.
Et ait illis · Ite. Illi aūt exeuntes abierunt in porcos · & ecce impetu
abiit omne pecus per præceps in mare · & mortui sunt in aquis.
Pastores aūt fugerunt · & abeuntes in ciuitatem nunciauerunt omnia
& illorum qui a demonio uexabantur. Et ecce omnis ciuitas exiit
obuiam ihesu · & uidentes eum rogauerunt ut transiret a finibus eorum.
Et ascendens nauiculam transfretauit · & uenit in ciuitatem suam.
Et ecce offerebant ei hominem paralyticum iacentem in lecto.
Et uidens ihesus fidem illorum · ait paralytico · Confide fili · remittuntur
tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se · Hic
blasphemat. Et cum uidisset ihesus cogitationes eorum · dixit · Ut quid
cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est facilius dicere · Dimittuntur
tibi peccata · an dicere · Surge & ambula. Ut autem sciatis quia filius
hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata · tunc ait paralytico ·
Surge · tolle lectum tuum & ambula in domum tuam. Et surrexit
& abiit in domum suam. Videntes aūt turbe timuerunt · & glorificauerunt
deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et transiens ihesus inde
uidit hominem sedentem in telonio · matheum nomine · & ait illi ·
Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente
eo in domo · & ecce multi publicani & peccatores uenientes discumbebant
simul cum ihesu & discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant discipulis
eius · Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester.
Ihesus aūt audiens ait · Non est opus ualentibus medicus · sed male
habentibus. Euntes aūt discite quid est · Misericordiam uolo & non
sacrificium. Non enim uenio uocare iustos · sed peccatores. Tunc
accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes · Quare nos & pharisei
ieiunamus frequenter · discipuli aūt tui non ieiunant. Et ait illis ihesus ·
Numquid possunt filii sponsi lugere · quamdiu cum illis est sponsus.
Venient aūt dies · & cum ablatus fuerit ab eis sponsus · tunc ieiunabunt.
Nemo aūt committit figmentum nouum in uestimento ueteri. Tollit enim
plenitudinem eius a ueste · & peior scissura fit. Neque mittunt uinum
nouum in utres ueteres · alioquin rumpuntur utres · & uinum effunditur
& utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittendum est ·
& utraque conseruantur. Hec illo loquente ad illos · ecce princeps unus
accessit & adorauit eum dicens · Quia filia mea modo defuncta est ·
sed ueni · impone manum tuam super eam · & uiuet. Et surgens ihesus
sequebatur eum · & discipuli eius. Et ecce mulier sanguinem patiens
duodecim annis accessit retro · & tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se · Si tetigero tantum uestimentum eius · salua
ero. At ihesus conuersus & uidens eam dixit · Confide filia · fides tua
te saluam fecit. Et saluata est mulier ex illa hora. Et cum uenisset
ihesus in domum principis · & uidisset tibicines & turbam tumultuantem ·
dicebat · Recedite · non enim mortua est puella · sed dormit. Et
deridebant eum. Et cum ejecta fuisset turba · introiit · & tenuit manum
eius · & surrexit puella. Et exiit fama hec in uniuersam terram illam.
Et transeunti inde ihesu secuti sunt duo ceci clamantes & dicentes ·
Miserere nobis fili dauid. Cum autem uenisset domum · accesserunt ad
eum ceci · & dicit eis ihesus · Creditis quia hoc possum facere uobis.
Aiunt illi · Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens · Secundum
fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum · & comminatus
est illis ihesus dicens · Videte ne sciat quis. Illi aūt exeuntes diffamauerunt
eum in uniuersa terra illa. Ipsis aūt exeuntibus · ecce obtulerunt ei
hominem mutum demonium habentem. Et ejecto demonio locutus est
mutus. Et admirate sunt turbe dicentes · Numquam apparuit sic in israhel.
Pharisei aūt dicebant · In principe demoniorum eicit demonia. Et
circuibat ihesus ciuitates omnes & castella docens in synagogis eorum
& predicans euangelium regni · & curans omnem languorem & omnem
infirmitatem. Videns aūt turbas misertus est eis · quia erant uexati &
iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc ait discipulis suis ·
Messis quidem multa · operarii aūt pauci. Rogate ergo dominum messis
ut mittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis
suis · dedit illis potestatem spirituum immundorum · ut eiciant eos
& curent omnem languorem & omnem infirmitatem. Nomina aūt duodecim
apostolorum sunt hec. Primus simon qui dicitur petrus · & andreas frater
eius · iacobus zebedei & iohannes frater eius · philippus & bartholomeus ·
thomas & matheus publicanus · iacobus alphei & lebeus qui cognominatus
est thaddeus · simon chananeus & iudas iscariotes qui & tradidit eum.
Hos duodecim misit ihesus precipiens eis dicens · In uiam gentium ne
abieritis · & in ciuitates samaritanorum ne introieritis · sed potius
ite ad oues que perierunt domus israhel. Euntes aūt predicate dicentes ·
Quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate · leprosos mundate ·
mortuos suscitate · demonia eicite. Gratis accepistis · gratis date.
Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris ·
non peram in uiam neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam.
Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcumque aūt ciuitatem uel
castellum intraueritis · requirite quis in ea dignus sit · & ibi manete
donec exeatis. Intrantes aūt domum · salutate eam dicentes · Pax huic
domui. Et si fuerit domus illa dignus · ueniat pax uestra super eam.
Si aūt non fuerit dignus · pax uestra ad uos reuertatur. Et quicumque
non receperit uos neque audierit sermones uestros · exeuntes foras
domum uel ciuitatem illam · excutite puluerem de pedibus uestris.
Amē dico uobis · tolerabilius erit terre sodomorum & gomorreorum
in die iudicii · quam illi ciuitati. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio
luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes · & simplices sicut columbe.
Cauete aūt ab hominibus. Tradent enim uos in consiliis suis · & in
synagogis suis flagellabunt uos. Et ante presides & reges ducemini
propter me · in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradiderint
uos · nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis
in illa hora quid loquamini. Non enim estis uos qui loquimini · sed
spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet aūt frater fratrem
in mortem · & pater filium · & insurgent filii in parentes · & morte
afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui aūt
perseuerauerit usque in finem · hic saluus erit. Cum persequentur uos
in ciuitate hac · fugite in aliam. Amē enim dico uobis · non consummabitis
omnes ciuitates israhel · donec ueniat filius hominis. Non est discipulus
super magistrum · neque seruus super dominum suum. Sufficit discipulo
ut sit sicut magister eius · & seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias
beelzebub uocauerunt · quanto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis
eos. Nichil enim est opertum quod non reuelabitur · & occultum quod
non sciatur. Quod dico uobis in tenebris · dicite in lumine · & quod
in aure auditis · predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt
corpus · animam aūt non possunt occidere. Timete aūt magis eum qui
potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres
asse ueneunt · & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro.
Vestri aūt capitis omnes capilli numerati sunt. Nolite ergo timere ·
multis passeribus pluris estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me
coram hominibus · confitebor & ego eum coram patre meo qui in celis est.
Qui aūt negauerit me coram hominibus · negabo & ego eum coram patre
meo qui in celis est. Nolite putare quia ueni pacem mittere in terram ·
non ueni pacem mittere · sed gladium. Veni enim separare hominem
aduersus patrem suum · & filiam aduersus matrem suam · & nurum
aduersus socrum suam · & inimici hominis domestici eius. Qui amat
patrem aut matrem plus quam me · non est me dignus. Et qui amat
filium aut filiam plus quam me · non est me dignus. Et qui non accipit
crucem suam & sequitur me · non est me dignus. Qui inuenit animam
suam perdet eam · & qui perdiderit animam suam propter me · inueniet eam.
Qui recipit uos me recipit · & qui me recipit recipit eum qui misit me.
Qui recipit prophetam in nomine prophete · mercedem prophete accipiet.
Et qui recipit iustum in nomine iusti · mercedem iusti accipiet. Et quicumque
potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine
discipuli · amē dico uobis · non perdet mercedem suam. Et factum est
cum consummasset ihesus precipiens duodecim discipulis suis · transiit
inde ut doceret & predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes aūt audiens
in uinculis opera christi · mittens duos de discipulis suis ait illi · Tu es
qui uenturus es · an alium exspectamus. Et respondens ihesus dixit eis ·
Euntes renuntiate iohanni quę audistis & uidistis · cęci uident & claudi
ambulant · leprosi mundantur & surdi audiunt · mortui resurgunt &
pauperes euangelizantur · & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.
Illis aūt abeuntibus · cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne · Quid
existis in desertum uidere · arundinem uento agitatam. Sed quid existis
uidere · hominem mollibus uestimentis indutum. Ecce qui mollibus
uestiuntur · in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere · prophetam.
Etiam dico uobis · & plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum
est · Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam · qui preparabit
uiam tuam ante te. Amē dico uobis · non surrexit inter natos mulierum
maior iohanne baptista. Qui aūt minor est in regno celorum · maior est illo.
A diebus aūt iohannis baptiste usque nunc regnum celorum uim patitur
& uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophete & lex usque iohannes
prophetauerunt. Et si uultis recipere · ipse est helias qui uenturus est.
Qui habet aures audiendi · audiat. Cui aūt similem estimabo generationem
istam. Similis est pueris sedentibus in foro · qui clamantes dicunt
sodalibus suis · Cecinimus uobis tibia · & non saltastis · lamentauimus
& non planxistis. Uenit enim iohannes neque manducans neque bibens ·
& dicunt · Demonium habet. Uenit filius hominis manducans & bibens ·
& dicunt · Ecce homo uorax & potator uini · publicanorum & peccatorum
amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare
ciuitatibus in quibus factę sunt plurime uirtutes eius · quia non egissent
penitentiam. Ue tibi corozaim · ue tibi bethsaida · quia si in tyro & sidone
facte essent uirtutes que facte sunt in uobis · olim in cilicio & cinere
penitentiam egissent. Uerumtamen dico uobis · tyro & sidoni remissius
erit in die iudicii · quam uobis. Et tu capharnaum · numquid usque in
celum exaltaberis · usque in infernum descendes. Quia si in sodomis
facte essent uirtutes que facte sunt in te · forsitan remansissent usque
hodie. Uerumtamen dico uobis · quia terre sodomorum remissius erit
in die iudicii · quam tibi. In illo tempore respondens ihesus dixit ·
Confiteor tibi pater domine celi & terre · quia abscondisti hec a sapientibus
& prudentibus · & reuelasti ea paruulis. Etiam pater · quoniam sic fuit
placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit
filium nisi pater · neque patrem quis scit nisi filius · & cui uoluerit filius
reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis · & ego
reficiam uos. Tollite iugum meum super uos · & discite a me quia mitis
sum & humilis corde · & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum
enim meum suaue est · & onus meum leue. In illo tempore ambulauit
ihesus sabbatis per sata · discipuli aūt eius esurientes cepere uellere
spicas & manducare. Pharisei aūt uidentes dixerunt ei · Ecce discipuli
tui faciunt quod non licet facere sabbatis. Ipse aūt dixit eis · Non
legistis quid fecerit dauid cum esuriret ipse & qui cum illo erant ·
quomodo intrauit in domum dei · & panes propositionis manducauerunt
quod non licebat ei manducare neque his qui cum illo erant · nisi solis
sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo sabbatum
uiolant & sine crimine sunt. Dico aūt uobis quia templo maius hic est.
Si aūt scissetis quid est · Misericordiam uolo & non sacrificium · nunquam
condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.
Et cum inde transisset · uenit in synagogam eorum. Et ecce homo manum
habens aridam · & interrogauerunt eum dicentes · Si licet sabbatis curare ·
ut accusarent eum. Qui ait illis · Quis erit ex uobis homo qui habet ouem
unam · & si hec cadat sabbatis in foueam · nonne tenebit & leuabit eam.
Quanto magis melior est homo ouis. Itaque licet sabbatis benefacere.
Tunc ait homini · Extende manum tuam. Et extendit · & restituta est
sanitati sicut altera. Exeuntes aūt pharisei · consilium faciebant aduersus
eum quemadmodum illum perderent. Ihesus aūt sciens secessit inde ·
& secuti sunt eum multi · & curauit eos omnes · & comminatus est eis
ne palam facerent eum · ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam
prophetam dicentem · Ecce puer meus quem elegi · dilectus meus in quo
bene complacuit sibi anima mea · ponam spiritum meum super eum ·
& iudicium gentibus annunciabit. Non contendet neque clamabit · neque
audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non conteret ·
& linum fumigans non extinguet · donec eiciat ad uictoriam iudicium.
Et in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei demonium habens ·
cecus & mutus · & curauit eum · ita ut loqueretur & uideret. Et stupebant
omnes turbe · & dicebant · Numquid hic est filius dauid. Pharisei aūt
audientes dixerunt · Hic non eicit demonia nisi in beelzebub principe
demoniorum. Et cum uidisset ihesus cogitationes eorum · dixit eis ·
Omne regnum diuisum contra se desolabitur · & omnis ciuitas uel domus
diuisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eicit · in se ipsum
diuisus est · quomodo ergo stabit regnum eius. Et si ego in beelzebub
eicio demonia · filii uestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices uestri erunt.
Si aūt in spiritu dei ego eicio demonia · profecto preuenit in uos regnum
dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis & uasa eius
diripere · nisi prius fortem alligauerit · & tunc domum eius diripiet.
Qui non est mecum contra me est · & qui non colligit mecum spargit.
Ideo dico uobis · omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus ·
spiritus aūt blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit uerbum
contra filium hominis · remittetur ei · qui aūt dixerit contra spiritum
sanctum · non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro.
Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum · aut facite arborem
malam & fructum eius malum. Ex fructu enim arbor cognoscitur.
Progenies uiperarum · quomodo potestis bona loqui cum sitis mali.
Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro
profert bona · & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico aūt
uobis · quod omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines · reddent
rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis · & ex
uerbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt quidam de scribis & pharisei
dicentes · Magister uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis ·
Generatio mala & adultera signum querit · & signum non dabitur ei
nisi signum ionę prophete. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus
diebus & tribus noctibus · sic erit filius hominis in corde terre tribus
diebus & tribus noctibus. Uiri niniuitę surgent in iudicio cum generatione
hac · & condemnabunt eam · quia penitentiam egerunt in predicatione
ionę · & ecce plus quam ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum
uiris generationis huius · & condemnabit eos · quia uenit a finibus terre
audire sapientiam salomonis · & ecce plus quam salomon hic. Cum autem
immundus spiritus exierit de homine · ambulat per loca inaquosa
querens requiem · & non inuenit. Tunc dicit · Reuertar in domum meam
unde exiui. Et cum uenerit · inuenit eam uacantem · scopis mundatam
& ornatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores
se · & intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora
prioribus. Sic erit & generationi huic nequam. Adhuc illo loquente
ad turbas · ecce mater & fratres stabant foris querentes loqui ei.
Dixit aūt quidam ei · Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes
te loqui tibi. Ipse aūt respondens dicenti sibi ait · Quis est mater mea
& qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit ·
Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem patris mei
qui in celis est · ipse meus frater & soror & mater est. In illo die
exiens ihesus de domo sedebat secus mare · & congregate sunt ad eum
turbe multe · ita ut in nauiculam ascendens sederet · & omnis turba
stabat in litore. Et locutus est eis multa in parabolis dicens · Ecce
exiit qui seminat seminare. Et dum seminat · quedam ceciderunt secus
uiam · & uenerunt uolucres & comederunt ea. Alia aūt cecidit super petrosa
ubi non habebant terram multam · & exorta sunt continuo quia non habebant
altitudinem terre. Sole aūt orto exaruerunt · & quia radicem non habebant
aruerunt. Et alia cecidit inter spinas · & ascenderunt spine & suffocauerunt
ea. Alia aūt cecidit in terram bonam · & dabat fructum aliud centesimum
aliud sexagesimum aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi · audiat.
Et accedentes discipuli dixerunt ei · Quare in parabolis loqueris eis.
Ipse aūt respondens ait illis · Quia uobis datum est nosse misteria regni
celorum · illis aūt non est datum. Qui enim habet · dabitur ei & abundabit ·
qui aūt non habet · & quod habet auferetur ab eo. Propterea in parabolis
loquor eis · quia uidentes non uident · & audientes non audiunt neque
intelligunt. Et adimplebitur in eis prophetia ysaię dicentis · Auditu
audietis & non intelligetis · & uidentes uidebitis & non uidebitis.
Incrassatum est enim cor populi huius · & auribus grauiter audierunt ·
& oculos suos clauserunt · nequando uideant oculis & auribus audiant
& corde intelligant · & conuertantur · & sanem eos. Uestri aūt beati
oculi quia uident · & aures uestre quia audiunt. Amē enim dico uobis ·
quia multi prophete & iusti desiderauerunt uidere que uos uidetis
& non uiderunt · & audire que audiuistis & non audierunt. Uos ergo
audite parabolam seminantis. Omnis audiens uerbum regni & non intelligens ·
non intelligit. Hic est enim qui seminatus est secus uiam · qui aūt seminatus
est super petrosa · hic est qui uerbum audit · & continuo cum gaudio
accipit illud · non habet aūt radicem in se · sed temporalis est · factaque
tribulatione & persecutione propter uerbum · continuo scandalizatur.
Et qui seminatus est in spinis · hic est qui uerbum audit · & sollicitudo
huius seculi & fallacia diuitiarum suffocat uerbum · & sine fructu efficitur.
Qui aūt super terram bonam seminatus est · hic est qui audit uerbum
& intelligit · & qui fructum affert · & facit alius centesimum · alius
sexagesimum · alius tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis dicens ·
Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen
in agro suo. Cum autem dormirent homines · uenit inimicus eius
& superseminauit zizania in medio tritici & abiit. Cum autem creuisset
herba & fructum fecisset · tunc apparuerunt & zizania. Accedentes aūt
serui patrisfamilias dixerunt ei · Domine nonne bonum semen seminasti
in agro tuo. Unde ergo habet zizania. Et ait illis · Inimicus homo hoc fecit.
Serui aūt dixerunt ei · Uis imperemus & colligamus ea. Et ait · Non ·
ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite
utraque crescere usque ad messem · & in tempore messis dicam messoribus ·
Colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum ·
triticum aūt congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit
illis dicens · Simile est regnum celorum grano sinapis · quod accipiens
homo seminauit in agro suo · quod minimum quidem est omnibus seminibus ·
cum aūt creuerit · maius est inter holera & fit arbor · ita ut uolucres
celi ueniant & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis ·
Simile est regnum celorum fermento · quod acceptum mulier abscondit
in farine sate tribus mensuris · donec fermentatum est totum. Hec omnia
locutus est ihesus in parabolis ad turbas · & sine parabola non loquebatur
eis · ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem · Aperiam
in parabolis os meum · eructabo abscondita a constitutione mundi.
Tunc dimissis turbis ihesus uenit in domum · & accesserunt discipuli
eius dicentes · Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens
ait illis · Qui seminat bonum semen est filius hominis · ager aūt est mundus ·
bonum aūt semen hi sunt filii regni · zizania aūt sunt filii nequam ·
inimicus aūt qui seminauit ea est diabolus · messis aūt consummatio seculi est ·
messores aūt angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania & igni comburuntur ·
sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos
& colligent de regno eius omnia scandala & eos qui facit iniquitatem ·
& mittent eos in caminum ignis · ibi erit fletus & stridor dentium.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures
audiendi · audiat. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro ·
quem qui inuenit homo abscondit · & præ gaudio illius uadit & uendit
uniuersa que habet · & emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum
homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inuenta aūt una pretiosa
margarita · abiit & uendidit omnia que habuit · & emit eam. Iterum simile
est regnum celorum sagene missę in mare · & ex omni genere congreganti.
Quam cum impleta esset · educentes & secus littus sedentes elegerunt
bonos in uasa · malos aūt foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi.
Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum · & mittent eos
in caminum ignis · ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hec omnia.
Dicunt ei · Etiam. Ait illis · Ideo omnis scriba doctus in regno celorum
similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera.
Et factum est cum consummasset ihesus parabolas istas transtulit se inde.
Et ueniens in patriam suam docebat eos in synagoga eorum · ita ut mirarentur
& dicerent · Unde huic sapientia hec & uirtutes. Nonne hic est fabri filius ·
nonne mater eius dicitur maria · & fratres eius iacobus & ioseph & simon
& iudas. Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt. Unde ergo huic
omnia hec. Et scandalizabantur in eo. Ihesus aūt dixit eis · Non est
propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Et non fecit ibi
multas uirtutes propter incredulitatem eorum. In illo tempore audiit herodes
tetrarcha famam ihesu · & ait pueris suis · Hic est iohannes baptista ·
ipse surrexit a mortuis · & propterea uirtutes operantur in eo. Herodes enim
tenuit iohannem & uinxit eum & posuit in carcere propter herodiadem
uxorem philippi fratris sui. Dicebat enim iohannes illi · Non licet tibi
habere eam. Et cum uellet eum occidere · timuit populum · quia sicut
prophetam eum habebant. Natalitia aūt herodis agebantur · saltauit filia
herodiadis in medio · & placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est
dare ei quodcumque petisset. Illa aūt ante instructa a matre sua ait ·
Da mihi hic in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus rex propter
iusiurandum & eos qui simul recumbebant · iussit dari · & misit decollauit
iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco · & datum puelle ·
& attulit matri sue. Et accesserunt discipuli eius · & tulerunt corpus
& sepelierunt illud · & uenientes nunciauerunt ihesu. Audiit aūt ihesus
secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum · & non ambulauit
post eum de ciuitatibus pedes. Et exeuntes turbe multe secute sunt eum ·
& curauit infirmos eorum. Et cum sero factum esset · accesserunt ad eum
discipuli eius dicentes · Desertus est locus & hora iam præterit · dimitte
turbas ut euntes in castella emant sibi cibaria. Ihesus aūt dixit illis ·
Non habent necesse ire · date illis uos manducare. Respondentes aūt ei
discipuli dicunt · Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces.
Qui ait illis · Afferte mihi illos hic. Et cum discubuisset turbas iussit
super fenum · & accepit quinque panes & duos pisces · & respiciens in celum
benedixit & fregit & dedit discipulis panes · discipuli aūt dederunt turbis.
Et manducauerunt omnes & saturati sunt · & quod superfuit de fragmentis
tulerunt duodecim cofinos plenos. Manducantium aūt fuit numerus quinque
milia uirorum exceptis mulieribus & paruulis. Et statim compulit ihesus
discipulos suos ascendere nauiculam · & precedere eum trans fretum ·
donec dimitteret turbas. Et dimissis turbis ascendit in montem solus
orare. Uespere aūt facto · solus erat ibi. Nauicula aūt in medio mari
iactabatur fluctibus · erat enim contraria uentus. Quarta aūt uigilia noctis
abiit ad eos ihesus ambulans super mare. Et uidentes eum discipuli
ambulantem super mare · turbati sunt dicentes quia phantasma est
& præ timore clamauerunt. Et continuo ihesus locutus est eis dicens ·
Confidite ego sum · nolite timere. Respondens aūt petrus dixit · Domine
si tu es · iube me ad te uenire super aquas. Qui ait · Ueni. Et descendens
petrus de nauicula ambulauit super aquas · ut ueniret ad ihesum.
Uidens aūt uentum ualidum timuit · & cum cepisset mergi clamauit dicens ·
Domine saluum me fac. Et continuo ihesus extendens manum suam
tenuit eum · & dixit ei · Modicę fidei quare dubitasti. Et ascendentibus
eis in nauiculam cessauit uentus. Et uenientes in terram genesar
adnauigauerunt. Et cum cognouissent uiri loci illius · misit in uniuersam
regionem illam · & obtulerunt ei omnes male habentes · & deprecabantur
eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt
illum · salui facti sunt. Tunc accesserunt ad ihesum scribe & pharisei
de hierosolymis dicentes · Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem
seniorum · non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse aūt
respondens ait illis · Quare & uos transgredimini mandatum dei propter
traditionem uestram. Deus enim dixit · Honora patrem & matrem · & qui
maledixerit patri aut matri morte moriatur. Uos aūt dicitis · Quicumque
dixerit patri aut matri · Munus quodcumque est ex me tibi proderit ·
& non honorificabit patrem suum aut matrem · irritum fecistis mandatum
dei propter traditionem uestram. Hypocrite · bene prophetauit de uobis
ysaias dicens · Populus hic labiis me honorat · cor aūt eorum longe est
a me. Sine causa aūt colunt me · docentes doctrinas & mandata hominum.
Et conuocata turba dixit eis · Audite & intelligite. Non quod intrat in os
coinquinat hominem · sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem.
Tunc accedentes discipuli dixerunt ei · Scis quia pharisei audito hoc
uerbo scandalizati sunt. Ipse aūt respondens ait · Omnis plantatio quam
non plantauit pr̄r meus celestis eradicabitur. Sinite illos · ceci sunt
